[Clemens] Eps servus servor dei Dilecto filio Andree de Sancto Hieronimo Electo Vicen
Salt et aplicam ben. Apostolatus officium meritis licet imparibus nobis ex alto commissum quo ecclesiar omnium regimini divina dispositione presidemus
utiliter exequi coadiuvante dno cupientes solliciti corde reddimur et solertes ut cum de ecclesiar ipsar regiminibus agitur committendis talem eis in
pastorem preficere studeamus qui populum sibi cura creditum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare commissasq sibi
ecclias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant auctore dno salubriter regere et feliciter gubernare. Sane ecclia Vicen que de iure patronatus
Charissimi in xpo filii nri Philippi Hispaniar Regis Cathol. ex privilegio aplico cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur et cui
bone memorie Antonius Epus Vicen dum viveret preesse dabat per obitum dti Antonii Epi qui extra Romanam Curiam debitum nature persolvit pastoris
solatio destituta. Nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem eiusdem ecclie celerem et felicem ne illa longe vacationis
exponatur incomodis paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclie personam utilem et etiam
fructuosam cum fratribus nris habuimus diligentem. Demum ad te ordinis Sancti Hieronimi professorem ex Catholicis parentibus ac de legitimo
matrimonio procreatum et in Sexagesimo tue etatis anno necnon a multis annis in presbiteratus ordine constitutum quem idem Philippus Rex nobis
ad hoc per suas litteras presentavit cuique apud nos de vite munditia honestate morum spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicium
virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur direximus oculos nre mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis
et eisdem fratribus ob tuor exigentiam meritor accepta pie ecclie aplica auctore providemus Teque illi in Epum preficimus et pastorem curamque et
administrationem ipsius ecclie tibi super eius mense Epalis fructibus redditibus et proventibus una Ducentor Salvatori Joachim et alia
Centum et Quinquaginta Dionisio Ram ac reliqua pensionibus annuis alior Centum et Quinquaginta ducator monete Hispaniar Francisco
Leonero clericis dilectis filiis illas annuatim percipientibus dicta auctre reservate existunt quas salvas esse volumus tibi in spiritualibus et
temporalibus plenarie committendo. In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dirigente domino actus tuos predicta ecclia
sub tuo felici regimine regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Jugum
igitur domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem prefatas sic exercere studeas sollicite
fideliter et prudenter quod ecclia ipsa Gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam Tuque preter eterne retributionis
premium nram et aplice sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Dat. Rome apud Sanctam Mariam maiorem
Anno Incarnationis dominice Millesimo septingentesimo decimoquarto Sexto Kl Septembris Pontus nri Anno Decimo[quarto]

F. Fornellus
Thomas Berby
G. Gumbaru
J. Amorius
Jo. G. Gozhinus
J. Reni...
P. Paganinus p Col° d. 84. 7. 1/2 et ob se
Ang. Rinaldus pro ... d. 47
G. Rentius pro com. d. 42. 3 ... et ob se
G. Casinus pro com. d. 84. 7. 1/2 et ob se
P. Cicat. ...
B. Rinaldi pro ... 29 ... et ob se
G. Rentius
J. Rombellus ... d. 21 g 2 et ob se
G. Rentius
F. Nicolinus pro com. ... et ob se
H. Petronius
B. ...

Perg. 14

R. Leoni Casarinus

D nº 3

6 Kal 7bris 1614

Avila f.

14